



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De somnolentia, vbi ponuntur duo exempla quæ valent contra eos qui nomine contemplationis palliant pigritiam suam. Cap. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

cum corpore mollescit. Dissolutus potest vocari in verbo proposito qui mollis est, & qui nullo amore ligatus est ad opus bonū, vel qui paralyticus est, Paralytis enim dissolutione sonat.

De somnolentia, ubi ponuntur duo exempla quae valent contra eos qui nomine contemplationis palliant pigritiam suam. CAP. III.

Sequitur de peccato somnolentiae, quod ad acediae pertinet. Quia sicut legitur Prou. 19. Pigredo immittit soporem, quod potest intelligi de sopore cōtemplationis, & de sopore corporis. Somnū contemplationis pigredo immittit in illos qui nomine contemplationis palliant pigritiam suā, nolentes operari aliquid. Contra quos possunt valere haec duo exempla quae subiungimus. ¶ Legitur in vitis patrū, quod quidam peregrinus venit ad abbatem Syluanum in montem Sina. Et cum videret fratres operantes, dixit: Quare operamini cibum qui perit? Maria enim optimam partem elegit, &c. Tunc senex fecit ei dari codicem ut legeret, includens eum in cellula. Cum igitur transisset hora nona circūspiciebat ille utrum quis vocaret illū ad cibum: & veniens ad senem interrogavit utrum fratres comedissent. Cui respondit senex: Tu homo spiritualis es, & non necessitas habes hanc escam. Nos autē tanquam carnales comedimus, ideo operamur. Quod cum audisset, coepit poenitere. Cui abbas Ergo necessaria est Martha Maria. Item abbas Ioānes dicebat fratri suo maiori: Velle semper esse securus sicut angeli secuti sunt, nihil operantes, sed sine intermissione Deū collaudantes. Et proiecto pallio suo intrauit in eremū. Et post septimanā rediit & pulsauit ad ostium fratris sui, qui quaeuit, Quis es tu? Et ille respondit. Ego sum Ioānes. Et frater dixit: Ioānes angelus factus est, & vltra inter homines nō est. Ille autē pulsabat, dicens: Quia ego sum, & nō aperuit se. Et dimisit eū affligi. Tandē aperuit ei, dicens, Si homo es, iterū habes necesse operari, ut viuas. Si autē angelus, quid quaeris intrare in cellam? Et ille statim poenitentiam egit.

¶ De somno corporis.

De somno vero corporis satis planum est, quia pigredo immittit eum. Multi enim ex pigredine conantur ad dormiendum, cum tamen dormire non possunt. ¶ De somno vero corporis ad praesens tria ostendemus. Primo, ostendemus ea quae sunt reprehensibilia circa somnum. ¶ Secundo, ea quae debent homines cohibere a nimietate somni. ¶ Tertio, quae sunt necessaria ad hoc quod aliquis dormiat prout debet.

¶ Quinque reprehensibilia sunt circa somnum corporis.

QUINQUE vero reprehensibilia sunt circa somnū. Primo, nimietas somni ad quod pertinet illud Prou. 33. Usquequo pl-

ger dormis: ¶ Secundo, reprehensibilis est circa somnum brutalitas, videlicet quando aliquis dormit vt porcus, vnde Ber. Carnalis somnus & brutalis: & sicut dicitur Iertheus abominandus est seruo Dei. Idem: Caue inquantū potes serue Dei, ne sit somnus tuus vt requies lassī, sed sepultura corporis suffocati. ¶ Tertio, reprehensibilis est tristitia in surgendo à somno: vnde Eccl. 1. Hora surgendi non te tristet. ¶ Quarto, reprehensibilis est pigritia in surgēdo à somno: vnde Eccl. 29. Sicut ostiū vertitur in cardine suo, ita piger in lecto suo. ¶ Quinto reprehensibilis est circa somnū in oportunitas somni: vt qñ aliquis dormit quādo nō esset dormiendū, vt in tēpore orationis Cōtra illud 1. Pet. 4. Estote prouidentes, & vigilate in orationibus, vel cū aliquis obdormit in sermone, vel lectione: iuxta illud Ecc. 22. Cū dormire loquitur qui narrat stulto sapiētia. Si stult⁹ nō habuisset voluntatē dormiēdi p̄ duos dies: tamē tēpore lectionis vel sermonis dormiret. Tēpus etiā in quo dormiēdū nō est, tēpus matutinū est. Illud enim tēpus non est somno occupandū: quia valde vile est & studio, & orationi, & diuinæ laudi, & Dei cōsolatio frequentius tēpore illo recipitur. ¶ Ad primū pertinet quod dicitur in Ps. Mane astabo tibi, &c. Et ad secundū pertinet quod legitur Iob 8. Si diluculo cōsurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum tuū. Et Sap. 16. Oportet prouenire solē ad benedictionem tuam, & ad ortum solis te adorare. Primo pauperi qui eis occurrerit, consueuerunt diuites dare: sic Dñs libentius eos exaudit, qui mane valde orāt eum. Ad hoc autem q̄ matutina hora sit idonea ad laudandum Deum, pertinet illud quod legitur Iob 38. Cū me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filii Dei. Astra matutina sunt viri contemplatiui, qui horis matutinis præcipuē laudāt Deū. Ad hoc verō q̄ cōsolatio Dei matutinis horis præcipuē recipiatur, pertinet illud Iob 7. Visitas eū diluculo: & illud Ecl. 26. De mane vigilabo ad te. & Exo. 16. Filii Israhel colligebant manna hora matutina. Ad significandum, q̄ tunc dulcedo Spiritus sancti colligenda est. Sicut corporum amatores stabiliri corpus aliquid in mane gustando: sic dulcedine Spiritus sancti in mane stabiliendus est Spiritus. Vnde ad Heb. 13. Optimum est gratia stabilire cor.

¶ *De rebus quæ deberent homines cohibere à nimietate somni.*

TRIA autē sunt quæ deberēt homines cohibere à nimietate somni. Primo exempla, ad quod pertinet illud verbū Aug. prius positū indecēs est Christiano, si radius solis inueniat eum in le-

cto. Secundo hoc, q̄ somn⁹ absq; necessitate, est tēporis amissio: unde Bern. Quantū ad debitum cōtinui profectus, nihil ica deperit de vita nostra, quā quod somno deputatur. In veritate somnus est quasi quedā species vel imago mortis. Tertio deberet cohibere hominēs a nimietate somni multiplex malū quod in scripturis legit̄ ex somno accidisse. Et de hoc sufficiat ponere quinq; exēpla. Primū exēplū est Iud. 4. de Sisara, qui cū bibisset iac, obdormiuit, & interfectus est a Iahel, clauo in cerebro eius defixo. Secundū exemplū est Iudic. 16. de Samsonē quē Dalida fecit obdormire super genua sua, & rasis septē crinib⁹, captus est & exoculatus. Tertiū exēplū est in Iudith 13. de Holoferne, qui dormiit a muliere Hebrēa interfectus est. Quartū exēplū est Mat. 26. vbi Apostoli somnolenti legitur Christi amississe. Quintū exemplū est Act. 20. de quodā adolefcēte, nomine Euthyco, qui cū disputante Paulo, graui emergeretur somno cecidit de tertio coenaculo, deorsum, & sublat⁹ est mortuus.

¶ De rebus necessariis homini vt debito modo dormiat.

TRI^a autē necessaria sunt homini ad hoc q̄ debito modo dormiat. Primo, necessarium est ei vt vigilando labore: unde Eccl. 5. Dulcis est somnus operanti siue parum, siue multum comedat. Homo otiosus affligitur non solū dormiendo, sed etiā vigilando. Secundo, necessariū est ei vt sobriē potu & cibo utatur. Tertio, vt sensus suos sobrius custodiat: unde Bern. Sobriū cibum, sobriū sensum, sobrius sequitur somnus.

De otiositate, & quod stultus sit otiosus. CAP. IIIII.

CIRCA hoc peccatum, primo ostēdemus quā stultus sit qui otiiū diligit. Secundo ostēdemus q̄ otiosi licet semper reprehensibiles sint, præcipuē tamen tempore gratiæ reprehensibiles sunt. Tertio tangemus ea quæ attendenda sunt alieus in occupatione quā vult eligere. Quā stultus verò ille sit qui otiiū diligit, ostenditur Prou. 12. vbi sic legitur: Qui operatur terram suā, satiabitur panibus: qui autē sectatur otium, stultissim⁹ est. Non solum stultus est talis vel stultior, sed etiam stultissimus.

¶ De rebus gradibus stultitiæ.

PRI^mVS gradus stultitiæ est, vitā suā negligere: ei necessaria quæredō. Secundus gradus est, vitā suā hostib⁹ in defensionem exponere. Tertius gradus est, hostes qui eū interimāt pacere. Hos tres gradus stultitiæ habet q̄ sectatur otiiū. Vitæ enim eternæ quæ futura est nō prouidet hostibus etiā suis, scilicet vitii & dā monibus se exponit, vt iam ostendetur. Hostes etiam suos nutrit, quia otio vitia nutriuntur, & impinguntur, sicut & an-

letes &

Et po

otiofo.

Ind Apo

tur diab

diabolus

aterius

vt re dia

diabolo

no, unde

ne potel

enim me

Voca op

nō recipi

eū in pa

tur: unde

gellabiū

labatur

feno. O

de ficuln

inquit

stultitia

libas in

comede

Thef. 3.

otiosus

mors ei

uius le

cui præ

etiā ho

ciur d

mortua

illū sic

ris tūc

cidit q̄

bis mor

debit or

illa eni

neglige

habete

letes